



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63

¶ Iasonis de Mayno Mediolanensis Iuriscon-
sulti ducalis Senatoris ac Legati pro inclytissi-
mo Mediolanensiũ Principe & sapientissimo
eius patruo Duce Barri: Oratio habita apud
Alexandrum sextum Pont. maximum.

PRiscorum monumentis accepimus Sanctissi
me maxime Põtifex: & uos clarissima mun
di lumina: plerosq; disertissimos forensium
causarũ patronos: non quidem frequentibus
comitiis: non multo senatu: nec pleno foro: sed unius ali-
quando excelsi uiri presentia cõmotos sic expalluisse: ut
& attoniti: & quasi elingues redderentur. Magne apud
Grecos auctoritatis Demostenes: qui primas dicendi par
tes sine controuersia obtinuit: Phocionem ciuem suum
Athenienſem non tam eloquẽtia q̃ morum grauitate ce-
lebrem: ita metuebat ac uenerabatur: ut cum in Senatum
oraturus accederet corã eo eloqui: ptimesceret submissa
ad amicos uoce: hic est nouacula seu gladius tõsorius uer
borum meorum. Curio pater pro Seruii Neuii magna &
graui causa Ciceroni responsurus: eius presentia & aucto-
ritate quasi Ticinie uenenis: ereptam sibi oẽm dicendo-
rum memoriã palam est attestatus. Lucius Crassus Roma
na facundia disertissimus adeo Quintum Sceuolam soce
rum ueneratus est: ut cum ad petendum consulatum cir-
cum forum supplex ire cogeretur nunq̃ adduci potuit. Vt
id pñte Sceuola grauissimo & seuerissimo uiro faceret:
Eum timorem non uestis senatoria aut candida toga: sed
sceuole prestantia Lucio inferebat. Idem Lucius Crassus
paternam ulturus iniuriam cum apud Quintum maxi-
mum aduersus Gneum Carbonem caus. in acturus foret
sic eius presentia turbatus est ut totam causam oblitus pe-
rhibeatur. Gneus Sicinius pro Seruio Neuio apud preto-
rem Romanum uirum clarissimum dicturus: idem pas-
sus affirmatur. Omitto q̃. Marcum Ciceronem in causa

a



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

Milloniana illa tanta dicendi felicitas omnino destituit. Preterea ꝙ Demosthenes apud Philyppum Macedonũ Regem orationem habiturus sic expauit & animo com motus est ut paucis admodum uerbis expressis obmutuisse feratur. Quod Theophrastus Philosophus eloquentissimus apud Alexandrum Regem uerba facturus maxima uerecundia suffusus nihil effari potuerit. Quod si tales & tam summi oratores unius uiri presentia commoti defecerunt. nemini mirum uideri debet si mihi corã summo sacrorum omnium antistite qui dei simul & hominis primum in terris locum tenet coram excelso pontificalis maiestatis trono quo nullus in humanis neqꝫ sublimior neqꝫ excelsior reperitur in splendidissima reuerendissimorum Cardinalium corona in celebri tot presulum cõsessu & tot illustrium ac clarissimorum uirorum conuentu:tante rei nouitate & excellentia confuso precordia palpitant caligant oculi artus refrigescunt gelidusqꝫ coit formidine sanguis. Sed me non parum recreat ac reficit cum animaduerto ꝙ eos maiori clemẽtie inniti decet quos maiora dignitatum culmina altius extollunt. Natura hoc in brutis ostendit ut que ceteris prestãt mansuetiores reddãtur. Apes iracundissime sunt & graues in morsu aculeos relinquunt. Earum tamen Rex caret aculeo. Preter nature legem ex saluatore nostro quem clementissimum & super omnes mortales mitissimum scriptura predicat clementiam discunt qui eius in terris uicem gerunt & qui ipsius uestigia sectantur. Nihil est (ut Diuus Gregorius inquit quod in pontificali ceruice splendidius fulgeat q̃ humilitas & clementia. Clementia dos est prima Romanorũ Pontificũ & nullos magis q̃ summos presules decet. Inde est ꝙ quecũqꝫ christianorũ principũ uota quibuscũqꝫ uerbis emissa clementer & inoffensa aure excipiunt. Benigne admittũt quascũqꝫ salutantiũ & gratulantiũ uoces. Nec qua uerborum pompa aut quo orationis delectu sed qua fide & qua deuotione colantur attendũt. Non ex uer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

borū inopia ſed ex animi copia (ut par eſt) rem metiūtur. Nec minorem bone uoluntatis q̄ culti ſermonis habēt ra tionem. Quanto autem grauior eſt ſarcina qua premor. quanto maiori negociorum faſce urgeor tāto maioris erit clementie mecum benignus agere.

¶ Gratulaturi igitur patrum Beatiſſime tue maieſtati: tueq; felicitati immo non minus nobis ipſis q̄ tue am- pliſſime dignitati uel rectius communi uniuerſe chriſtia- ne Reipublice ſaluti & debitum obedientie ac canonice deuotionis officium abſoluturi pro ueteri fidelium inſti- tuto & priſca catholicorum Principum conſuetudine tria breuiter exequemur. Aperiemus imprimis q̄ benemeri- ta fuerit hec tua celeſtis aſſumptio: immo q̄ neceſſaria: ex qua chriſtianorum omnium animi maximam ſpem con- ceperunt ut leta proſperaq; omnia in tuo pontificatu ſpe- randa ſint. In eaq; haud multo minorem electorum pru- dentiam q̄ electi meritum oſtendemus. Deinde quia mo deſtiam tuam nouimus uirtutis actione contentam. Mal- le bene agere q̄ bene audire: & gloriam tuam potius fac- tis q̄ ullius predicatione conſpicuam reddere: perſtringe mus aliqua de tuis laudibus ne ſi in eis diutius immore- mur: pudicas aures tuas offendamus potius quā oblecte mus. Poſtremo ubi Illuſtriſſimi Mediolanenſium princi- pis & ſapientiſſimi eius patrui Ducis Barri quorum lega tione fungimur leticiam immortalem gaudium incredi bile & ueras gaudii cauſas ſignificauerimus extremum le gationis noſtre munus perficiemus.

¶ Si unq̄ antea reuerendiſſimi militantis eccleſie Car- dinales diuino ſpiritu afflati puris mentibus ac recto iu- dicio electionis ſancte miſterium abſoluerunt hac profe- cto tempeſtate & ſincerius q̄ unq̄ & cādidius ac felitius officio functi ſunt. Te ex ſacratiſſimo conclaui omnium ſuffragiis Pontificem maximū declararunt. Te dn̄ici gre gis uerum & optimum paſtorem iudicarunt. Tibi ut le- gitimo Petri ſucceſſori hanc glorioſiſſimam ſummi apo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

stolatus sedem contulerunt. Te idoneum decreuerũt qui tãti regiminis molem sustineres: & totius catholice ecclesie gubernacula moderareris. Tu uero optima eorum de te opinione nulla ex parte inferior suis grauissimis iudiciis non modo respondes: sed etiam uincis superas & excedis. In Romano Pontifice duo precipua requiri ex geminarum clauium traditione sacri canones interpretantur: quarum una potestatem designat: altera sapientiam. Potestatem ex fortitudine & magnanimitate constare liquet: ne timore aut formidine a recto pastoralis officii delectat: sed impauidus & constans quibuscunq; refragantibus strenue fortiterq; resistat. Circumfrementibus undiq; tempestatibus non commoueatur animo non concutiatur: sed rectum in omnia constantemq; uultum proferat. Sit a recto immobilis: a iusto inuiolabilis: a decoro inexorabilis. Ex ore sedentis in trono procedat gladius bis acutus sicuti Ioannes in Apocalipsi scriptum reliquit. Sapientia uero igitur que non solum litteris & sacra doctrina constet: sed etiam longo rerum usu & experientia rerũ magistra. Verissime Africanus poeta opinatus est sapientiam usus & experientie filiam esse propterea ꝙ ei qui sapiens esse uelit: non libris solis neq; disciplinis opus sit: sed oportere eum uersari exerceriq; in rebus cominus noscendis periclitandisq; & proinde sapere atq; consulere ex his que acta & euenta & ipsa rerum pericula docuerint. Ennius Tarentinus litterarum cognitionem mancbã esse asserebat: si nulla actio nulla experientia: nulla rerũ expetẽdarũ fugiendarumq; sciẽtia sequatur. Plato uir diuinus in Gorgia suo monuit disciplinarum studium sine actione & sine experiẽtia soliuagum ac ieiunum esse: nisi & ea quis sapiat que rerum pericula docent. In experti negotiorum minus apti minusq; idonei gerẽdis magistratibus semper habiti sunt. Vnde Cornelius Silla Marii consulis iuuentam irridens: remigem inquit prius esse oportere q̃ ad gubernacula manus admouere. Solon Philosophus Athe-

niensibus suadebat: ne antea Principatum aut Magistra-
tum appeterent q̄ imperare aut magistratus gerere didi-
cissent. Quod si potestas fortitudine & animi robore con
sistit: si sapientia constat non solum litteris sed etiam mul
ta experientia & longo rerum usu: exactissimum fuit iudi
cium huius sacri cardinei Senatus in diligendo te summo
Pontifice qui & fortitudine prestas: & magna sapiētia pre
ditus es. Iam multis magnisq; periculis aperte declarasti q̄
sis inuicta constantis animi magnitudine & infracto soli-
dissime mentis robore. Tu nec aduersis deterreri solitus
nec secundis efferri: inflexibili rectitudine: incorrupto iu
dicio: & integritate incommutabili idem persistis. In om
ni uite cursu aduersus quoscunq; fortune impetus eadem
frons & idem uultus perducat. Tibi illud Fabritii Romā
consulis eulogium merito ascribi potest. Te difficilius a re
cto q̄ solem a suo cursu auerti posse. Nemo etiam littera
rum erudititione cum longo rerum usu te doctior. Nemo
uaria & multiplici multarum rerum experientia pruden
tior. Nemo complurium negociorū administratione cau
tior. Nemo longa & assidua diuersarum gentium cōsue-
tudine in noscendis ac liberandis hominibus callidior.
Nemo rerum antiquarum ac nouarum cognitione peri-
tior. Nemo morum ueterum ac nouorum scientia pre-
stantior. Iam annis septem & triginta ad Cardinalatus
apicem euectus: & paulo post in Vicecancellarium assum
ptus: non solum Romane curie mores ac ritus omnes per-
calluisti: non solum ecclesiarum ac ecclesiasticarum per-
sonarum instituta causasq; didicisti: uerumetiam secretio-
ra queq; populorum nationum Principum: Regumq; ne
gotia pertractasti. Romanorum quinq; Pontificum qui te
antecesserunt Calixti: Pii: Pauli: Sixti: & Innocentii uitas:
& decreta omnia coram & uiuo inspeculo inspexisti. Pro
apostolica sede uaria functus es legatiōe: presertim Hispa
niensi: Picentiam & Parthenopea nō minus sapienter &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

prospere q̄ gloriose. Non est ꝙ amplius ex alio discas que
tue in hoc pontificatu gubernādo partes sint future. No
sti quid xp̄iana religio requirat quid fides pietas caritasq̄
uelint quid prelatorū officiū postulet quid xp̄iane gregis
tue cure cōmissi necessitas exigat. Nosti que Romano pō
tifici cōducāt & que sint necessaria. Nosti quid Romanū
Pontificē deceat quid ei liceat quid expediat. Nosti Ro
mano Pontifici plenā administratiōis potestatem nō sim
pliciter & absolute fuisse attributā sed claue ratiōis & pru
dentie nō errante Prius didicisti quibus bonis artibus qua
n dustria qua sollicitudine quo studio pastorale officiū re
gi debeat q̄ ad illud aspirare presumpseris. Instructus regē
di administrandiq̄ peritia prius meruisti ad summi sacer
dotii gubernacula assumi. q̄ bene promeritus assumere
ris. Te ergo consule te audi tibi ausculta tibi obtēpera. Nō
est in quo alterius consilio tibi opus sit. Te unum tibi imi
tandum propone quo nihil in humanis diuinius reperi
es. & qui ceterorū norma & uerum es exemplar. Nunq̄
aberrabis si a teipſo nusq̄ discesseris. Si tuo acri ingenio pa
rueris. & tuo grauissimo iudicio fueris obsecutus. nihil un
q̄ deerit quod ulla in re in consumatissimo pontifice exi
gatur. Quod si beatas esse Respub. Plato non minus uere
q̄ eleganter monebat. si aut sapientes imperarēt aut earū
principes sapientie studio tenerētur. Beatissima es uniuer
sa xp̄iana Respub. que tam sapientissimi pastoris regimini
credita es. Nec multo minor uestra laus est sacratissimi
Cardinales talē elegisse qui sapientia sciret & auctoritate
posset tanti regiminis habenas recte gubernare. Eū ꝓmo
uistis qui gentiū: principū: morū: cōsuetudinum: dignita
tū: honorū cognitione & experiētia admodū est eruditus
rectitudine uero equitate & iusticia īuiolabilis: animi for
titudine & constantia insuperabilis: ut liquido appareat in
eo potestatis & sapiētie coniunctionē: ambarūq̄ clauiū re
ctitudinē adesse. Quotiens aūt sapientia & potētia in Ro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

mano Põtifice conspirãt: ibi mirabiles effectus expectãdi sunt: quales nunc christiani oẽs prestolãtur. Non potestis Reuerendissimi Cardinales nõ optimi censeri qui pastorẽ uniuerso gregi xpiano optimũ prospexistis. Proinde cum huiuscemodi sit quẽ elegistis ut nõ solũ ab oĩbus elegi & ex oĩbus meruerit: uerũetiam oĩbus anteponi & ab oĩbus debuerit. Immortales uobis & incredibiles gratie turmatim: cateruatimq; per uniuersum xpianum orbẽ & habentur & aguntur. Talem pontificio solio pfecistis: quo duce quo põtifice omnia leta: omnia felicita sunt sperãda. Oẽs qui christiana professione censentur eo gubernante: eo aurigante in maximã trãquilitatis & prosperitatis spem sũt animis errecti. Grex dominicus tanti pastoris custodie traditus ad leta pascua deduci sperat. Sub tam consumato Põtifice qui ab oĩbus uirtutibus sũmitates apicesq; decerpsit omnium doctrinarum & omnium ingenuarum artium studia florebũt Excitabuntur ingenia & scientiarum professores ad excolenda gymnasia premiorum spe propensius accendentur. Qui doctrina & claris moribus prestabunt: uel ad sacra consilia aduocabuntur: uel ad altas dignitates extollentur. Iamiam litterarum studia se se erigere, & sub tanto uirtutum uexillifero altius efferri & in aurea retro secula reduci uidentur. Tu autem Alexander sexte Pontifex maxime suscepisti culmen pastoralis fastigii locum summi sacerdotii: uicariatum christi. Te xps nõ uni tantũ ecclesie sed uniuersis: non in parte sed in plenitudine preesse uoluit. Dedit te deus in lucem gentiũ ut sis earum salus usq; ad extremũ terre. Vocauit te deus in hũc excelsum locũ ut lucernam operum tuorũ hoĩes uiderẽt & glorificarent patrẽ qui in celis est. Probitas & sapientia tua gradu excellẽtissimo decorata est: & quasi lucerna super candelabrum in domo domini posita: ut oĩbus nõ tantum qui in domo sunt: sed qui in mundo sunt eluceat. Refulxisti quasi lucidissimum sidus & quasi stella matutina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

in medio nebule. Quasi sol rutilas in tēplo dei. De te cum ecclesia uere dicere possumus: Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: & inuentus est iustus. & in tēpore iracūdie factus est recōciliator: nec est inuentus similis ei qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Fuit beatissime pater hec tua celestis assumptio Rei pub. christiane non minus necessaria q̄ salutaris si quis publicas clades horrendas christiani generis calamitates conuulsa orthodoxe religionis membra secum consideret si quis quantū barbare nationes aduersus xp̄ianos populos nō uno sed īnumeris locis inualuerint animaduertat. Eo tēpore diuina bonitas te ecclesie pastorē dedit: quo xp̄iana Resp. bono rectore auriga perito & moderatore circūspecto q̄ maxime indigebat. Arbitrabantur xp̄iani Principes Maumethe Turcharum Rege ualidissimo uita functo Baissetem filiū maiorem natu qui paterno Imperio successit desidie ac turpi ocio uacaturum & quasi Domitianum alterū muscis captandis stiloq; precuto configendis incubiturum. Sed longe secus preter omnium opinionem successit. Nam proxima estate maximas copias ex bellesponto traiecit. Ingētem ac potentissimam Classem ad quācunq; expeditionē instructam & expeditam habet. Maximo omnibus timori fuit cum incertum esset quid molliretur quorsum eius conatus tenderent. Non conquiescet truculentissima belua christiani sanguinis sitibunda nisi eius impetus reprimātur donec paterno exemplo succensus aliqua graui & miseranda clade christianos afficiat. Tu ergo Pōtifex maxime in pastorem ecclesie es assumptus ut gregi tibi commisso bene consulas. Tuum est excubare & uigilias agere super gregē & ex alto troni tui solio speculari futuras clades. Tui numeris est procul arcere hanc immanem ferā ab ouili dn̄ico cōprimere hostiles barbarorum incursus & eorū seuitiam a xp̄ianorum ceruicibus amouere. Tuarū partiū est pro instauranda ecclesie dignitate omni studio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

atq3 conatu intendere. Laborare pro uiribus ut xpiani no
minis pristinã decus & Imperiũ tua opera restituatur. Ista
haud difficulter conficies cũ imortalis tui noĩs gloria si ut
est tui ꝓpositi xpiane paci q̃ maxime cõsulueris. Dissiden
tes inter se Principes ac populos auctoritate tua cõposue-
ris & tua prudentia ad unitatem concordiãq3 redegeris.
Non poterat tanto negocio cõmodatior adhiberi. Tu nõ
tã humano q̃ diuino cõsilio assumptus & uoles & scies &
poteris tãto discrimini prouidere. Quid.n.nõ credimus
posse sanctitatẽ tuã ab imortali deo ĩpetrare ad nr̃am inco
lumitatẽ. Quid nõ speremus uirtute & prudẽtia tua posse
instituti. magnitudine confici constantia uigilantiaq3 obti-
neri. Quis nõ iussionibus tuis obsequatur. quis Impia tua
recuset. Certatim oẽs cõtẽdent ut q̃ maxime dictis tuis au
diẽtes cõspiciantur. Est tibi a deo rerum oĩum tributa po-
testas. Assecutus es ut q̃tum antea prodesse desiderabas:
tantum & nunc possis. Voluntati potestas accessit & desi
derio tuo exequendi facultas est associata. Occurrendum
est in tẽpore iminenti periculo. Restingendus est ignis pri
us q̃ magis inualescat. Admouẽda est in tempore medela
nec est pro crastinandum quo ad morbi ius ingrauescens
sera remedia aspernetur. Non est tantũ periculum negli-
gendum aut parui extimandum: propterea ꝙ nunc bar-
barorum conatus ex eorum sententia non successerint.
Nosti sanctissime pater q̃tum erumnarũ q̃tum detrimẽti
xpiana Resp. Principum desidia ex Pontificũ negligẽtia
sit perpessa. Nosti nimium que cõmemorare nunc etiam
animus horreat. Sepenumero antecessorum tuorum cun
ctationem indoluisti incusasti tarditatem ignauiam & tor
porem es detestatus. Maumethani scitarum populi par-
uis primum uiribus uix breuem hellespõti augulum astu
& perfidia potius q̃ uirtute bellica aut armis occupauere.
Deinde creuere uiribus & indies non parum incrementi
suis rebus attulerunt dum Principes christiani ĩter se dis-
sidentes aliorum funestas clades calamitatesq3 negligunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

dum priuatis magis q̄ publicis cōmodis studere credunt. Et sue potius q̄ cōmuni christiane utilitati consulere arbi/trantur. Tandem eousq3 elati sunt & tantis secundarū re/rum incrementis intumuerunt: ut uniuersum prope ter/rarum orbem maxima trepidatione affecerunt. Sic qui ne/gligitur igne de magno cinis sensim uires tantas reassu/mit: quibus postea haud facile resistitur: q̄ sepe ex paruis principiis dum res negligitur grauissima mala proueni/unt.

¶ Diximus Sanctissime pontifex de tua felici necessaria/q3 uocatione: non quantum pro rei dignitate & excellen/tia dici & potuisset & debuisset: sed quantū temporis ra/tio & breuitatis institutio prescripserūt. Iam uirtutum tua/rum preconia maiore uotoq̄ ingenio paucis attingamus: que secundas orationis partes absoluāt. Hec est beatissime pater q͂ me presentia tua a dicendo deterreat. Magis me perspecta animi tui modestia. q̄ presentia offendit. Magis me anxium reddit q͂ eius non sim ingenii: quo possim me/rita uerbis adequare: & diuinas uirtutes equo preconio ce/lebrare. Nam & presentis laudes que parce & pudice & sine fallacia afferuntur: nec a sapientissimis increpantur. Et sicuti non improbare uitia maligni est: ita inuidi nō ap/probare uirtutem. Indignū quoq3 est non cōmendare & non admirari hominem cōmendatione & admiratiōe di/gnissimū: propterea q͂ presens sit: & eius gloriam presen/tia quasi sacietate languescere. Veris laudibus presentia cō/ducit cum presens eas uiua attestatione corroboret ac con/firmet. Hec mihi etiam fede assentationis nota obici po/test: cum longe maiores sint uirtutes tue q̄ mea sit futura predicatio. Quid igitur primum assumam. Quid auspica/bor. Vnde ordiar. an a patrie & generis splendore. qui nō nihil ad hominis felicitatem confert. Simonides poeta Lyricorum scriptor nobilem patriam in non mediocrem hominis beatitudinem ducens docuit: beate secundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

perfectam rationem uicturis imprimis opus esse patriam
habere gloriosam. Patrie splendor non in postremis ha-
betur: si se quis tanta patria dignum prestat. Thales mi-
lesius uel ut quibusdam placuit Socrates sua patria leta-
bundus tribus de rebus gloriari: & deo gratias agere so-
litus perhibetur. Quod homo esset & nō fera. Quod uir
& non femina. Deinde ꝙ Grecus esset & non Barbarus.
Patrie gloria generosis animis calcar ad uirtutem: ad res
preclaras stimulum. & ad magna facinora incitabulum
prebet. Patria tibi est Hispania: cuius orientale & septē-
trionale latus Pyrenei montes undequaqꝫ includunt. Re-
lique partes usqꝫ ad Herculeas gades & Borealem occea
num protenduntur. Que in eo montium & occeani ma
ris ambitu includuntur quasi alterum orbem facientia ad
Hispaniā spectant: cuius latitudo & longitudo tam mul
ta: tam ampla: & tam immensa est ut plus habeat admi-
rationis q̄ credulitatis. Interfluunt q̄plures fluuii non so
lum nauigabiles sed auriferi. Hispania nec estibus obnoxia
nec frigoribus subiecta: media temperie confouetur.
Ibi suaues Zephiri molles aures exsuscitant. Ibi elisii cam
pi deliciarum & omnis amenitatis pleni sunt: quos feli-
ces animas incolere Poete decantarunt. Terra optima
ferax frugum fructuum & omnium optimarum rerum
fertilis gregibus armentisqꝫ habundat. Hec in omni uir-
tutum genere uiros prestantes parit qui & animi & cor-
poris dotibus excellunt. Hec etiam Imperatorum & Ro-
manorum Pontificum mater. Neruam Traianum Ha-
drianum ac Theodosium Hispanos tres Romanos Impe
ratores tulit. Hec eadē apostolice sedi Damasum: dehinc
Ioannem. xxi. deinde Calixtum tertium Hispanos sūmos
pastores dedit. Nouissime te Alexandrum sextum ꝓtulit
qui summi presulatus fascibus insinnitus. Patrie tue longe
plus splēdoris referas q̄ ab ea acceperis. Natus es familia
Burgia heroica uetere & honorata: q̄ illustres maiorū ac
progenitorum tuorū imagines pre se ferat. Sed non ua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

cat stemmata generosissime familie tue recensere. Multi preclaro ingenio prediti in his celebrandis certabunt: & accuratiore stilo prolixius immorabunt. Prestant & pluris extimantur que in teipso sunt q̃ que circha te forinsecus uersantur. Hec propria & ingenita sunt: illa externa & aliena habentur. Minus quoq; decorum est solis maiorum laudibus censeri: & illustribus auorum monumentis umbratilem gloriam uenari. Creuisti tu uirtutibus tuis: tuis meritis: tuis laboribus uiam tibi aperuisti ad istud fastigium quo nunc es euectus. Talia tibi a puero fundamẽta iecisti: quale edificium in senectute excitandum conceperas. Nescio an natura presagiente: an diuino consilio factum sit: ut quasi ab incunabilis ita uitam tuam institueres: mores componeres: actiones tuas formares: ut dignusredderes tanto solio: ad cuius regimen parari & ordinari uidebaris. Vocasti illis potissimum uirtutibus: illis disciplinis incubuisti: que ad tantum munus obeundum necessarie uidebantur et ad reddendum te tanto sceptro dignũ essent accomodate. Per rectã artiũ bonarũ semitã progrediens: & per aureos uirtutum gradus ascendens ad felicitatis apicem es perductus. Accessit forme elegantia: que uirtuti suffragiũ addit: lata frons: regium supercilium: facies liberalis: & tota maiestatis plena: ingenuus & heroicus totius corporis decor: ut apparet naturam quoq; forme dignitatem indulxisse: que tibi primum multum gratie & uenerationis acquireret: & nũc apostolicam sedem hac tua diuina forma quasi numinis uice decoraret. Post prĩa litterarum rudimenta deposita pretexta uirilem togam induisti. Petiisti Bononiam bonarum doctrinarum altricem pro assequendo ingenii cultu & sapientia capescenda: ciuitatis fama allectus: & ob Hispanorum archademiam ibi sitam: que collegiali sodalitate scholasticoq; contirbernio complures Hispanos in sola litterarum palestra nutrit. Vacasti Pontificie Imperatorieq; censure:

ut que a Romanis pontificibus decreta que a sacris con-
ciliis sancita essent tu futurus Pōtifex maximus non igno
rares. Raris concessum est ut qui ingenii acumine excel-
lunt tenacis memorie fecunditate lteentur. Sed in te adeo
cumulate concurrunt ut quo magis prestes anacriori in-
genio an tenaciori memoria non sit facile iudicare. Intra
septennii metam peracto celebri studiorum cursu docto-
reas infulas suscepisti quoddam future felicitatis preludi
um. Interea Calixtus auunculus tuus in summum eccle
sie pastorem assumptus te post aliquod tempus in sa-
crum & gloriosissimum Cardinalium ordinē coaptauit
cum presentiret te dei iudicio ad maius tribunal destina
tum. Te in ecclesie cardinem felici sydere constituit:
quem futurum totius ecclesie summum columen pre-
uidebat. Collocauit te in solidam ecclesie columnam quē
postea altius supra montem domini excelsum erat erigē
da. Nec cuiq̄ admirabile uideri debet a Calixto summo
christi uicario de te prediuinatum quod de altero Hispa
no apud gentiles a fatidica nimpha ante ducentos annos
pronunciatum. Galba de se uaticinatum uoluit oriturum
quandoq; ex Hispania principem dominumq; rerum.
Per annos multos quibus Cardinalatus & uicecancella-
riatus officio functus es nemo tuam operam requisiuit:
cui non promptissimam exhiberes. Nemini unq̄ iustum
patrocinium denegasti. Nemo calamitate affectus aut
iniuria lacessitus frustra tuam opem implorauit. Fuit tibi
familiare non solum petentibus subuenire sed etiam non
petentibus ultro suppetias ferre. Facile semper ad te adi
tus patuerunt nec maximis aliquando negociis implici-
tus unq̄ es de occupatione causatus. Consuetudo mode-
sta & familiaris quam comitas non sine seueritate enim se
ueritate hilaritas cum grauitate benignitas pari libra con
dirent. Sermo liberalis & compositus & adeo suauis ut
tanq̄ Euripidis a melle & sirenibus profluere uideatur.
Tua grauissima responsa inter Catoniana apothegmata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)

numerari possunt. Quoscunqꝫ te adeuntes non solum be
nigne excipiebas uerum etiam suauibus uerbis familiari
busqꝫ blandimentis demulcebas. Exemplo Titi Imperato
ris neminem unq̄ abs te tristem abire patiebaris & diem
perdidisse existimabas qua nihil cuiqꝫ prestitisses. Libera
litatem & munificentiam tuā largitiones splendide sum-
tusqꝫ magnifici aperte cumulateqꝫ ostenderūt. Infinitum
esset singula recensere quibus dinumerandis non dicam
exornandis nec tempus lege Pompeia prefixum suffice-
ret. Iam ergo uela cōtrabam aut canam receptui & quod
postremo expediendum proposui confestim absoluam.
¶ Inclitissimus Mediolanensium Princeps & sapientissi
mus eius patruus Dux Barri ut primum te ad apostolicū
culmen euectum intellexerunt conceperunt animis le-
ticiam inextimabilem gaudium incredibile uoluptatem
incomparabilem Gaudent non q̄tum ceteri sed q̄tum ra
ri admodum sanctitatis tue deuotissimi. Nec quantum di
ci uel cogitari potest sed quātum nec dici nec cogitari fas
est. Si enim quisq̄ gaudere merito debet (& debēt omnes)
Illustrissimi Principes nostri qui obsernantia in apostoli-
cam sedem cultu & deuotione in sanctitatem tuam nemi
ni cedunt. In primis gaudent & exultant & tanta leticia
afficiuntur quantam maximam humani sensus concipe
re possunt cuius magnitudo humanā credulitatem & fi-
dem exuperat. Nihil enim iocundius eis nunciari nihil
gratius aut salubrius afferri poterat q̄ te pontificale fasti-
gium ascendisse in quo neqꝫ probitatis neqꝫ sapientie ne-
qꝫ potestatis neqꝫ eorum omnium que in consummatis-
simo Pontifice exiguntur pars aliqua desiderari potest.
Felix faustusqꝫ illuxit tue sublimationis candididissimus
dies qui te Pontificio solio inaugurauit. Et Principes no-
stros maximi uoti compotes reddidit. Sed cum mentis
gaudia exprimere & causas explicare arduū sit animorū
sensus oratione adequare dificillimū habeatur imitabor
in hac parte Timantē Cithinū pictorē egregiū qui in de-

pingenda Ephigenie imolatione: cum paternum merorē
dignis celorum affectibus exprimere non posset: uellauit
eius caput & suo cuiq; animi reliquit extimandum. Existi
marunt excellentissimi principes nostri non aliter melius
posse debitum gratulationis officium implere: nec aliter
efficacius posse pium humilis & deuote obedientie obse-
quium prestare q̄ si ad hoc munus obeundum eos lega-
tos destinarēt qui essent Ducalis sanguinis necessitudine
coniunctiores. hoc officium per seipsos expedire non mi
noris fuisset discriminis q̄ difficultatis. Illustrem itaq; fra
trem & nepotem Hermetem Sforciā uicecomitem Mar
chionem strenuum: Prestantissimum Heroem Ioannem
Franciscum Sanseuerinatē Caiatie Comitem et inuictum
militarium copiarū perfectum Insignem Comitē Franci
scum Sforciā ducalem consanguineū Magnificū procerē
Nicolaum Corrigiensem non minus palladis q̄ Martis ar
tibus excultum meq; apud eos minimum & indignū de-
legerunt. Venimus eorū legati tue beatitudini & apostoli
co trono oēm uenerationis & reuerentie cultū prestituri.
Eorū nomine & speciali mandato deuotissime īpartimur
quecunq; a xp̄ianis Principibus erga summum dei uica-
rium prestari conuenit. Tue sanctitati perpetuam obediē
tiam & sinceram deuotionē cum humili reuerentia exhi
bemus. Te summum sacerdotē pontificē maximū patrū
patrem ac pastorū pastore profitemur. Te indubitatū Pe-
tri successorem legitimū xp̄i uicarium & clauigerū regni
celestis attestamur. Tibi tue q; ditioni Principes nostri de
uouent ac predicāt quicquid opibus ualent q̄cquid facul
tatibus possunt quicquid uiribus pollent. Fortunas oēs co
pias classes exercitus uniuersū ducale imperiū & se ipsos
ac liberos in quēcunq; rerū euētum promptissimo animo
& constantissima fide exponunt & ante sanctitatis tue de
osculatos pedes deponunt. His omnibus tuo iure uetere
ꝑ tuo arbitrio dispone. non solū pro militantis ecclesie di
gnitate pro solii pontificalis amplitudine uerū etiam pro

tuis priuatis & familiaribus cōmodis. Quid enī illi aut facere promptius: aut libentius prestare & maiori cū desiderio uel debent uel possunt q̄ tibi & huic gloriosissime sedi sua omnia dicare: qui uices in terris tenes omnipotentis dei: a quo quicquid publice uel priuatim possident precario recognoscunt. Vtere beatissime pater in quācunq; catholicam expeditionem firmissimo uicecomitum exercitu. Vtere Sforcianis uictricibus copiis. Vtere ducalibus insubrium signis: que quocūq; se conferunt certā uictoriam spondent. Illustria Sforcianorum Principum facinora: celebres uictorias: parta totiens ex hostibus trophea: non solum latiū: sed uniuersus orbis & predicat & admiratur. Peculiare illis & hereditarium est: se se acerrimos & assiduos apostolice sedis defensores & indefessos propugnatores prestare. Excipe sactissime pater & toto animo ac tota caritate complectere: hos īclytissimos Principes sanctitati tue obseq̄ntissimos: quos semp nō minus re & opere q̄ uerbis & oratione prōptos paratos: expeditosq; inuenies: nec minus memores q̄ gratos omni euo experieris.

¶ Facta Rome Idibus Decembris. Anno salutis dominice. M.cccc.lxxxxii. Sedente Alexādro.vi.Pont.max.in consistorio publico.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.63 (gg)